



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

CIII. Ejusdem epistola ad clerum & populum Augustodunensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

neum & donationis scripsi. Datum xii. Kal.
Maias anno quarto quo successit Dominus Karo-
lus Rex regnum quondam nepotis sui Lotharij.

Novembri, Indictione decima. Bene valete.
*Ista confirmata sunt à Bonone, Karlomanno, &
Odone Regibus, quorum precepta suis locis infe-
rius habentur descripta.*

C I I.

*Ioannis VIII. epistola ad Adalgarium
Episcopum Auguſtodenensem.*

An. 876.
Ex char-
terio Eccle-
siae Augu-
ſtodenensis.

Iohannes Episcopus servus servorum Dei re-
verentissimo & sanctissimo Adalgario sanctæ
Augustodenensis Ecclesiæ Episcopo ac per te in
eodem Ecclesiæ in perpetuum. Divina præceptio-
nis monent cunctos eloquia ut quotiens res aliena
contra rationis ordinem à quoquam detinetur,
aquate debet imminentे restituī. Constat siquidem
villam quadam Tiloniacum proprietatis jure
sancti fusile quondam Leodegarij Augustodenensi-
sis Episcopi, & ab eo sancto collatam Nazario,
cujus vocabulo ipse honorare episcopatus. Pōlt
verò cùm à pravis hominibus longo tempore fuisse
retenta & quasi in proprietatem eorum redacta,
dilectus filius noster Karolus clementissimus
Imperator, super hoc subtili examinatione habi-
ta, cùm eam ad jus Ecclesiæ Augustodenensis per-
tinuisse legitime cognovisset, & poscellam primō
ab ea, & postea pervalam à violentis hominibus
liquidū disticseret, hanc præcepto sive auctorita-
tis ipsi episcopio redditum & ad jus ipsius Ecclesiæ
revocavit, cui felicit hanc superius nominatus
sanctus Leodegarus olim contulerat. Et ideo, quia
postulavit à nobis sanctitas tua ut jam memora-
tam villam secundum imperiale præceptum aposto-
liche auctoritate liberalitate aut privilegio Au-
gustodenensi Ecclesiæ confirmaremus, inclinati
precibus tuis, superne pietatis gratia suffragante,
prædicta Ecclesiæ, cui fraternitas tua præesse di-
noscitur, saepem memoratam villam, sicut antiqui-
tus fuit, denuo confirmamus, ut hoc quod sum
fuerat, & redditum nunc possideret, debeat sine
cunctatione perpetuo temporibus possidere vel
adhædere, hujus privilegij auctoritate confirmantes
antedictam villam in praefato episcopio consti-
tuimus quod in eisdem episcopij Ecclesiæ, de
qua ablata fuerat, nunc redditum in ipsius dominio
fine ambiguitate permaneat. Non solum autem
crebro dictam villam, sed & omnes que ejusdem
Ecclesiæ vel modo sunt vel future considunt, in
eodem episcopio confirmamus habendas, statuen-
tes pontificali censura, sub interdictione anathema-
tis futurique iudicij, nulli licetet hac à
nobis tam super jamdieta villa quam super omni-
bus rebus ab eadem Ecclesiæ vel habitus vel haben-
dis promulgata sunt, aliqua temeritate violare vel
conturbare aut repetrere; sed potius stabilitate pe-
renni involuta permanere in eodem pio loco
decernimus. Quod si quis autem magnus vel pat-
rus adversus hoc privilegium auctoritate aposto-
liche sedis munitum agere tentaverit, sciat se pe-
renni iudicio condemnandum & igni qui non extinguitur
mancipandum. Qui verò custos & con-
servator ejus exiterit, aeternis gaudiis præfruatur,
& præmis cum angelis in coelestibus potiatur.
Scriptum per manus Gregorij Notarii regionarii
& Scriniarii sanctæ Romanae Ecclesiæ in mente

*Eiusdem epistola ad clerum & populum
Auguſtodenensem.*

Iohannes Episcopus servus servorum Dei omnibus filiis sanctæ Eduensis Ecclesiæ & per vos chartulari successoribus vestris in perpetuum. Auditum est ratio nostris apostolicis auribus & crebro intimatum frequenter Ecclesiæ Galliarum contra decreta canonum in electione suorum Episcoporum violentiam inferre. Quod nos, cui Ecclesiæ omnia cura commissa est quamvis indignis, vice-ratibus condolentes, ab universis Ecclesiæ hanc infestam volentiam auctoritatē Dei & beati Petri recidere cupientes, præcipue vobis, sancte videlicet Eduensi Ecclesiæ, hujus nostri decreti privilegiū scribere faciūmus, Reges Francorum primum observatores orantes; in quo decernimus & regulariter ordinamus ut deinceps nemo Regum vel principum vel aliqua persona vobis superponere vel ordinare aut successoribus vestris presumat nisi ex filio ipsius Ecclesiæ secundum scripta canonum, quem clerus elegit & populus proclamaverit, si in ea dignus reperiri poterit. Quod si in ea, quod fortè accidere non credimus, inventus non fuerit, unanimi eorum consilio tam cleri quam populi de alius dignissimus experatur. Vellum denique honorem, quem de seniore adepti fueritis, de vestris domibus & de vestris canonicis & de communī causa fratrum & de omni proprietate vestra in heredibus legitimis statuendis & eligendis ex ipsa domo nostra apostolica auctoritate licentiam vobis concedimus ordinandi absque aliquis controversia impedimenti. Si quis verò magnum vel parvus contra hoc nostrum decretum & concessivam largitionem in aliquo surgere nostramque apostolicam auctoritatem violare vel infrimere præsumperet, sciat se anathematis vinculo sanctæ Trinitatis invocatione & beati Petri Apostoli potestate ac nostra auctoritate aeternaliter cum inimicis Dei & ejus contradictoriis usque ad satisfactionem profligatum ac in perpetuum damnatum. Conservatores autem hujus nostri decreti pax & gaudium & benedictio a largitor omnium bonorum Deo consequantur & vitam aeternam habere mereantur.

Scriptum per manus Theodori Scriniarii sanctæ Romanae Ecclesiæ in mente Martij & Indictione sexta. Datum Bene valete.

C I V.

*Notitia judicati pro Audeſindo Episcopo
Helenenſi aduersus Auvaldum.*

An. 876.
Ex char-
terio Eccle-
siae Hele-
nenſis lib.
2. cap. 96.

In iudicio Ilimberto Millo Bernardo Comite, lario Eccle-
siae & de judicis qui iussi sunt causas dirime-
& legibus difinitæ, id est, Teodosfredus, Me-